15. Secundò deducitur similiter non esse condonatiem, quando vxor reddit debitum viro, qui adulteri reus est, graui eius metu percussa. Quia cessat liberalitas. Ita Sotus. 4. d. 36. q. vnic. ar. 1. ad finem corporis, calu. 6. Bartholomaeus à Ledesma dub. 65. de matrimon. post. 3. conclus. calu. 6. unde recte dixit idem Sotus eadem. q. vnic. ar. 4. ad finem corporis, vers. ex quo fit, vxorem sua reddente adultero, pugnatis, & vi coactam non censemur remittere. Et existimo satis esse, vt non censemur condonatio, quamvis adulteri tunc metu non inferat, at vxori merito timet debitum illi negare, quod cum esse terrible norit, atque ita graui metu deterrita reddit. Quia cessat liberalitas. Neinde, quia quod metus si iustus, non deluderatur vera mala illatio, sed sufficit probabili timor proxima illationis (vt probauit lib. 4. disp. 1. n. 16. & sequenti.) Insuper non exigit ut metus ille sit cadens in feminam constantem, sed satis sit metus non vanus, sed aliquid momenti. Nam metus feuis, nimisrum, qui non cadit in virum constantem, sufficit in foro conscientia, vt auferat liberalitatem ad donationem requisitam, obligetq; donatarium ad restituendum (vt probauit lib. 4. disp. 9. n. 4.) Et idem ibi dixi de contrahibis onerosis. Et est pulchra doctrina Fabri initii de iniurijs. §. finali. n. 1. & ibi. Angel. initio, feret in propriis terminis id descendit. Nam cum Glossa ibi, verb. disimulatione, dicat iniuriam remitti, quando eam passus, simul risit, vel comedit, vel lufit, cum illatore iniuria: eam temperat, vt intelligatur quando i. actus sunt omni-

no spontanei: se eus si ex quadam honestatis necessitate effetti sint. Ut si ambo coniuges ab aliquo invitati, eidem mente ac cubentes, vel in Ecclesia osculum pacis sibi ipsi mutuo portarent. Quippe in virtutem, clementiam necessitate honestatis compulsi id egere: nec salua honestate id declinare posuerunt. Quam doctrinam alij relatim approbat Franciscus Marcus decis. 73. 6. n. 5. p. 2. Ex quo fit ut qualisq; cōspicuo etiam necessitatib; debite honestatis seruanda, efficiat, vt actus ex quibus causa condonatio confurgit, minime signa condonacionis cōscantur: nedum metus, quamvis in virum constantem non eadat. Similiter idem dicendum est, quando non ipse vir, sed alius metum incusit. Quia si satis est ad impediendam spontaneam voluntatem ad donationem requisitam (vt dixi lib. 4. disp. 9. n. 6.) Tandem idem existimo, quando vir innocens redderet adulteri, illam meritum, ac iure optimo timens. Quamvis enim id rarum sit, ut fuit feminata terribilis, & vir ita effeminatus, ut merito illas timeant. Et tunc eadem militat ratio.

16. Tertiò deducitur nec esse condonationem, si coniux ianogens reddat adulterio, eo quod existimat se teneri, aut deceptus est ab aliquo id docenti, alijs tamē non redditurus. Quia desicit spontanea voluntas. Et colligitur aperte ex Doctribus. n. 4. 8. c. allegatis, id est enim in casu ibi relata cōsentient copulam non esse condonationem. Quia dicunt ianogens teneri tunc reddere. Atq; ita ex illis colligitur ea regulæ generalis, vt redditio debiti non sit condonatio, quoties coniux quod præcepit impliat, debitum reddit.

Secundò conclusio. Coniux ianogens sponte, & scienter reuinens adulterum, cēfetur illi parcer, ac subinde ius diuortij, & accusandi perdit. Quoniam est manifestum amicitie signum. Constat ex. crim. II. C. ad. I. Julian. de adulter. & I. 8. tit. 17. p. 7. quorum verba. num. 4. retuli. Et docente Hof. summa tit. de adulter. nu. 5. vers. repellit etiam Greg. Lopez casl. 9. verb. en. 1. lecho. Quid intellige. I. quando omnino est certus de adulterio, fecus si tantum suspicionem habeat. Sic Cantera. q. criminibus, questionibus tangentibus punitionem delicti. c. 4. n. 43. fin. vbi. & Montalum refert. Sed id credo, nisi suspicio sit violenta. Iuxta. n. 10. dicta. Secundò intellige, quando est publicum adulterium.

Sic Albericus in suo dis<sup>ci</sup>lio, litera M. verb. matrimonium, 8. versicu. quid si alius quis coniugum, casu. 6. Durandus. 4. d. 35. quæst. 2. art. 1. n. 6. vbi Supplementum Gabrieли. q. vñica, art. 2. post. 1. conclusionē, casu. 6. Añensis summa. 2. par. lib. 8. tit. 3. art. 3. casu. 6. Monaldus summ. tit. de diuortio. 5. propter quid fiat diuortio, ver. item sunt quidam casus, casu. 6. Vincetius Speculo doctrinali, tom. 2. lib. 10. cap. 42. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 21. 8. 6. casu. 5. Rofel la matrimonium. 7. initio. Syllester, verb. diuortio quæst. 9. ver. 5. Iohannes de Friburgo in summa confessorum, lib. 4. titul. 22. quæst. 8. Tabiena matrimonium. 4. nu. 1. casu. 6. Armilla, verb. matrimonium, nu. 73. casu. 6. Montalvus. 1. 6. paulo post principium, tit. 9. p. 4. & 1. 2. ad finem, tit. 10. par. 4. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. 6. 4. n. 217. Bartholomæus à Ledesim. dub. 65. de mariti. post. 3. conclusionem, casu. 6. Graffia. 2. p. decisionem, lib. 1. c. 12. nu. 76. Let sic intelligendum est. D. Thom. super. 1. ad Corinthi. 7. lea. 2. paulo post principium, dicens esse recōciliationem, quando fuit retenta vxor post adulterium manifestè à viro deprehensum. Ex ratio est, quia adulterio existent occulito, non est spontanea retento, sed ex precepto. Atque ita non est condonatio. Iuxta ea quæ dixi. n. præcedenti. Vnde optimè dixit Ambulensis. c. 19. Matth. q. 72. in solutione ad. 3. non amittere ius diuortij vitum reuidentem domi. exorem: dum ciuius adulterium probare nonquit. Et melius Palud. 4. d. 3. 5. q. 1. art. 2. casu. 6. nu. 17. dicit non certi reconciliacionem, dum non statim adulterum expellit ab habitatione. Cùm non possit propria autoritate id efficiere. Ino nec sufficit adulterium esse publicum, sed exigunt ita notorium esse, ve nula tergiueratione. clari posse. Id enim ex propria autoritate diuerti ab adultero possit. exig. diximus hoc lib. disp. 12. numer. 25. Nec obitar posse in foro conscientia adulterum occulatum expelli (vt diximus eadem disp. 12. num. 31.) Quoniam oportet cellare scandalum, innocentia ad partes remotas fugienti (vt ibi dixi. num. 32.) Et præterea posset lis adulterii innocentem intentari: & id est retinens ut haec fugiat, non censetur sponte retinere, ne proinde condonare. Tertiū intellige, nisi brevi tempore retineat, expectas opportunitate petendi diuortij. Ita Sotius. 4. d. 36. q. vñic. art. 1. ad fin. corporis, casu. 6. Quarto

intellige, desiderari vt innocēs retineat a dulterum in confortio maritali. Vnde cau te dixit. l. 8. tit. 17. p. 7. Si la siene en su casa, como a su mujer. Et Doctores omnes hoc. n. 17. in. 2. limitatione allegati, potentes a adulterium esse publicum, explicant etiam, quando retinetur adulter in confortio coniugali. Vnde si essent in eadem domo non se alloquēt, diuisq; a mēa, & leto, qua si duo vicini extranei, nō censeretur condonatum adulteriū. Quia retentio illa nō est signū amicitia coniugalis, qui potius capitalis inimicitia. Quid si retinetur adulter in confortio coniugali, quāvis occultus sit, & brevi tempore, reputabitur condonatum adulterium. Intelligo, in confortio coniugali: quando innocens familia ritatis coniugalis signa adulterio ostēderet, nulla necessitate coactus. Iuxta ea quā subsequenti dicemus. Quoniam lieet nō possit illum innocens propria auctoritate expellere, dum occultus est: at non tenetur signa benevolentia coniugalis exhibere. Atq; ea exhibita sunt manifesta condonatio signa. Secus si necessitas compelleret, vt vitandi scandali. Tādem est condonatio, quādo expulsus adulterio admittitur iterum ad confortio coniugale. Signum enim est apertum pacis int̄g. Ita Barboſa l. 2. p. 1. in principio. n. 100. ad finem ff. folio matrī.

Tertia conclusio. Reconciliatio censemur facta, ac adulterio condonatum, si innocens scienter, & sponte, nulla (inquit) necessitate etiam honestatis compulsum, familiarem se exhibeat adultero: vt simul ludendo, ridendo, comedendo. Cōstar ex dīcīs, nu. 15. vbi nos casus censerit condonationem iniuria, retulimus ex Glossa. 5. finali, insit. de iniur. verb. dissimulatione. Et Fabro ibi. n. 1. & Angel. initio. Et ita explicat glossa illū textū decidēte dissimulatione aboliri iniuria. Quā approbat alijs relatis Ialon. l. 1. numer. 15. ff. de pacis. Et Myngierius codem. 5. finali, nu. 1. explicat dissimulatione condonari iniuria, quād cam passus, familiarem se inferenti exhibet. Consonatque l. 5. regia, tit. 7. lib. 4. fori, ibi. El marido despues que supiere que su mujer fizó adulterio, no la tenga a su mesa, ni en su lecto, y el que lo fiziere, no la pueda despues acusar. Idem colligo ex Veracruz 3. par. speculi, ar. 1. post. 5. concl. casu. 6. probat enim per copulam remitti iniuriā adulterij, cō quid per aūm familiaris conuersationis actio iniuriarum extinguitur.

Ex

Et ex Palacio. 4. d. 35. disput. vñica, col. 5. verf. 6. limitatione, vbi ait esse reconciliacionem, copulam habere cum adultero coniuge, aut cum illo coniugali affectu conuersari.

19 Ex his infertur, oscula, & amplexus habita scienter, & sponte cum coniuge adultero, esse à fortiori condonationem adulterij. Quia sunt actus coniugales. Quid si innocens coniux ex precepto Ecclesiæ reddens debitum adultero exigent, illa haberet, non credo censerit remissionem adulterij. Quia sunt accessori illi copulæ, & tanquam pars illius secus quando spōte innocens aggreditur oscula, & amplectus adulteri.

20 Difficultas autem potissimum hic agitanda est, vt rūm copula, & alij familiartatis actus (ponte, & scienter cum cōiuge adultero habita, ex quibus tacitam adulterij condonationem induci diximus, sicut cō ipso condonato, ita vt quamvis coniux innocens habeat animum rūne non condonandi, censematur in viroq; foro adulterium condonatum, & illicitum diuortiā. An potius ea condonatio innitatur presumptione, ac subinde exiliente animo cōtrario non sit in foro conscientia condonatio, licetq; adhuc innocentem diuertere? Sicut ante Tridentinum copula habita post sponsalia efficiet matrimonium. eis qui fidem, de sponsal. non tamen ita eum efficiunt forriebatur, quin effet locus in foro conscientia contrario animo. Sed forum externum presumebat eam copulam mariatali afferre haberi, ac subinde animo perficiendi matrimonium. At si revera copulam habens effet cōtrario animo effectus, nimur nō inveni matrimonij, sed fornicandi, non effet matrimonium. Et quidē videtur non inniti presumptione, sed revera illos actus condonationem semper effe, quanvis effet cōtrario animus. Quia alijs dicendum esset, ignorantem copulam illam esse condonationem adulterij, ac iuris diuortiā cessionem, posse non obstante copula diuortiā petere, & accusare: quanvis fecit copulam illam effet amicitia. Sicut contingit in professione tacita, quā ius præsumit. c. vidua, de regular. ex delatione habitus, exercitioq; aūtū solis professiū comperentium: sciens enim illos actus solis professiū conuenire, non censemur profensus, si ignorent inde confungeare professionem. Vt docent Innoc. cod. c. vidua. n. 2. Anto. n. 7. Ang. verb. nouitius

nu. 12. Sylu. religio. 3. q. 12. diu. 2. Nauar. commentario. 4. de regular. n. 73. Quid si id concedamus in condonatione facta per copulam, maximum absurdū videtur, nemō enim constringendus erit ratione copula, aut illorum actuum condonationis, ad persistendum in matrimonio. Cūm cōmuniter ignoretur copulam esse adulterij condonationem, per eamq; ius diuortij, & accusationis extingui. Imò doctos id latet. Vt constat ex opinionibus allegatis, & tot requisitis vt eum effectum habeat. Præterea hanc partē videtur expresse sentire. D. Bonav. 4. d. 32. ar. 2. q. 2. vbi hac dicit. Si innocens petat debitum, prius se liberare, & ex hoc obligari se ad reddendū. Quia dum vult, sibi debitum reddit à fornicante, ipse se eidem obligat. Quid id aperte videatur sentire Sotius. 4. d. 36. q. vñica, art. 3. post. 2. conclusionem, ver. quid si roges, vbi ait nequaquam posse innocentem eligere petere, & non reddere: sed necessariō eligere debere, aut nec petere, nec reddere, aut si petierit, reddere. Matrimonij enim claudicare nequit. Quares si debitū petat tanquam cōiux à coniuge, debet cōstrīctus manere coniugij lego, nimur, obligatione reddendi. Et Sotius sequitur Vega. 1. tomo summ. c. 13. casu. 4. vbi clari hī Doctores fun huius sententiae. Si enim ex voluntate habentis copulam, remissio hæc pendeget, posset viri; innocēs eligere petere, & non reddere absq; condonatione.

His tamen minimè obstantibus, dicendum est eam condonationem inniti presumptione, quare si sit animus non condonandi adulterium per copulam, aut reliquo condonationis actus, revera non erit in foro conscientia condonatio, quāvis in foro externo, quod contraria gestis animus latitat, iudicabitur vera condonatio. Quid exp̄lē tencit Emmanuel Sa summa, verb. diuortium. n. 7. vbi ait alijs quos sentire innocentem petentem debitum, cō ipso remittere adulterium: at revera posse peti debitum absq; animo reconciliandi. Ductor ad hanc partem tuendam. Quia si verba textum, & Doctorū penitus, aperte hanc esse præsumptionē indicant, diecum enim innocentem habita copula videri, aut censerit condonare: quae verba sunt præsumptionis, alijs dicent revera condonare. His verbis vitre textus. l. quæ situm. 40. 5. item quæ situr. ff. ad l. fuliam, de adul. ibi. Desistit videri. Et.

8. fin.

8. fin. tit. 17. p. 7. vbi reddes rationem, cur non possit vxor adulteria retenta in consilio coniugali, postea accusari: sic dicitur. Caputque aſſi la eccego en ſu eſa, entiēſe que la perdon. Eſſe verbis vtrum Glorifica. c. i. verb. patronos. 32. q. i. Innoc. c. penultimo, de adul. i. fin. Et c. inquisitioni, de ſentent. ex com. n. 1. vbi Ioan. Andr. n. 3. Anton. nu. 12. verf. prædicta fuit vera. Cardin. n. vnic. verf. quāro quad terminos. Abbas. c. fin. n. 7. de adul. & ibi Anan. n. 4. circa. 4. quæſtione. Paul. conf. 402. vnic. lib. i. Sylva. verb. diuortio. q. 8. ad fin. Covar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 6. n. 7. initio. Iulius Clarus lib. 5. receptarum. §. adulterium. n. 18. verf. caueat etiam. Anto. Gabriel tomo. 1. communium, in mea editio ne, lib. 1. fol. 23. verf. adulterium commiſſum. Barboſa. l. 2. p. 1. in principio. nu. 10. initio. ff. ſoluto matrimon. Et ex Theologis. Abulensis. c. 19. Matth. q. 72. ad. 3. D. Anton. 3. par. tit. 1. c. 21. §. Sotus. 4. d. 6. q. vnic. ar. 1. ad finem corporis, caſu. 6. Maioris. 4. d. 35. q. 1. paulò post principium, caſu. 6. & ibi Supplementum Gabrieſ. q. vnic. artic. 2. poit. 1. conſtruſionem, caſu. 6. Guillelmus Borriſlong. 4. d. 32. q. vnic. 2. artic. 2. propositio. 3. Perrus de Soto leſt. 11. de matrimon. col. penul. Angles floribus 1. p. de matri. q. 9. de diuortio. art. 1. diffi. 2. conſtruſionem. 6. Ludovic. Lop. 1. p. inſtruſorij. c. 295. 6. add. ad prædicta. Petrus de Ledeſ. de matri. q. 62. art. 3. notabil. 2. Bartholomaeus à Ledeſ. dubio. 6. 1. de ma trim. poſt. 3. conſtruſionem, caſu. 6. Cañedo ſumma ſacram. de matrimon. c. 7. n. 6. caſu. 6. Secundū, quia ſi contendas, hanc nō eſſe præumptionem, ſed iuriſ dispoſitionem, fortiſer obſtat nullum eſſe ius id de eidem, ſed ſolum ciferi, & videri condonationem. Quod præumptionem denotat. Tertiū quoniam hac remiſio nō verbiſ, ſed factis iphiſ inducitur. Actus autem non operantur viſta intentionem agentiū. I. non omnis. ff. ſi certum petatur. Ergo vbi contraria eſt intentionis, non erit vera remiſio. Quartū, quia hec non eſt expreſſa remiſio, ſed tacita (vt diſi. nu. 1.) Sicut etiam indui professorum vefteſ, eorumque actibus vti, profesſionā tacitam inducunt. Sic enim ſunt indicia animi profiendi; ita copula post adulterium eſt ſignum voluntatis condonandi adulterium, & ad priſinam amicitiam reuocandi adulterii coniugem. At profesſio tacita ex illis actibus colle&a innititur præumptione veri ani-

mi. Et ita præumptionem appellant In noc. c. vidua. n. 1. de regular. & ibi Anton. n. 4. Ang. verb. nouitius. nu. 12. ad mediū. Nau. cōmentario. 4. de regular. n. 75. verf. aduertendum quartū. Vbi addit non induci profesſionem, ſi exercens illos actus ha beat animum non profiendi. Ergo ſimiliter eſt dicendum in haec tacita adulterij eſt donatione. Quinto, ſi dicas hanc non esse præumptionem, ſed iure ipſo naturalia ita dictanti, condonationem hanc confequiri ipſum adūm copule: ſicut irregularitas confequitur occiſionem voluntariam: ſac proinde ſic uolens occidere, efficiuntur neceſſariō irregularis, ita eod ipſi quod cōiux innocens cōſcius adulterij accedit ad adulterum, velit, nolit, condonat. Fortiſimē vrget, quoties aliquid ſequitur factū ipſum, ſuficit viuincratur, auctū illum eſſe voluntarium, quāuis neceſſitas ad il lum exercendum compellat. Vi iudex neceſſitate officij compellente ſuſpendens latronem, irregularis efficitur: & ſimiliter ſi meru mortis compellatur ab auctore ad ſuſpendium illud. At coniux neceſſitate compulſus ad copulam, nec condonat adulterium, nec iure diuortij, & accusandi deſtituitur (vt diſimus. nu. 13. & ſequenti bus.) Ergo condonatio non ſequitur ipſum factū copula. Et conſtruirat, quia nulla ratio conueniens aſſignari potest, cur dum neceſſitas cogit, copula illa minimè ſit condonatio, nil quia remiſio niſi præumptionem vincit alia fortior, & nemo in neceſſitatibus præsumatur liberalis. Irem legatam. ff. deadimēd̄is legat. Ergo copulam eſſe condonationem non eſt ita ex natura rei, vt neceſſariō conſequatur non obſtantio contrario animo, ſed in tantum eſt condonatio, in quantum præſumitur animus conſonus factō ipſi, quod venie conſeſſionem indicat. Ex his ergo omnibus concludo non eſſe veram condonationem adulterij per copulam, aut alia benevolentia coniugalis indicia exhibita animo non condonandi. Quoniam in foro extero condonatio præſumatur. Quid autem ſi innocēs in ijs actibus nec habeat poſitivū adūm condonandi: nec etiam adūm contrarium, nempe, non condonandi: ſed negatiue ſe habeat, ſcileat, neutrū auctū eliendo? Nam in profesſione tacita, & præumptione per exercitum auctūm profesſis foliis conuenientium, & in matrimonio præſumpto ante Tridentinum, per copulam ſponſalibus ſuperuenientem, defi-

derabatur animus poſitivus profitandi, & matrimonio incundi. Quare existenti animo vere negatiuo, nec erit vera profesſio, nec verum matrimonium. Ut bene obſeruat Naur. cōmentario. 4. de regularibus. n. 75. verf. quoniam autem tria. Atq; ita vide: uiderem dicendū in haec tacita cōdonatione per copulam, & alios auctūs. At exiſtimo ſufficiere vt innocens negatiue ſe habeat: quare dum non habuerit animu exprefſum non condonandi, dum ytitur copula adulteri, vel alii actibus amicitia in haec diuinatione exprefſis, erit vera cōdonatio: ceterabitq; in vtroq; foro ius diuortij, & accufandi. Quoniam ad condonationem hanc non tanta, & tam exprea volunta defiderat, ac ad contrahendam oblationem noui ſtatus profesſionis, aut matrimonij per illos actus priores profesſionis tacitū, aut matrimonij præſumptiū. Eo vel maximē q; auctū amicitia coniugalis multo maiore connektionē, & affinitatē habeant cum reconciliatione ad priſinam amicitiam, & confeſſione venie, quā auctū profesſorum exercere, cū animo revere profitendi: copulam habere, cum animo in eundi matrimonium.

Hinc inſero, quāuis ad hoc vt sit vera profesſio conſurgens ex delatione habitus, & exercitio auctū profesſorum: & verum matrimonium, quod naſciat ex copula habita poſt ſponſalia, exigatur ſcire non tantū illos efti auctū profesſorum, & coniugum, fed inde etiā conſurge profesſionem, & matrimonium (vt n. 20. diſimus.) ut in diuinatione cōdonatio adulterij per copulam, & alios auctibus amicitia, iuſq; diuortij, & accufandi extinguitur, noſi desiderari notitiam adeo expreſſam, & diſtinctam. Quia non eft res hæc tam grauiſ, & impoſitione oblationis, qualis eft profesſio, & matrimonium: quo ſunt oblationes maximū momentū. Et maiorem connektionem habent hi auctūs: cū iniuria condonatione (vt n. præcedet diſimus.) Quare exiſtimo ſemper eum adeſt adulterij scientia, & copula, aut alii auctūs condonationis ſponte habentur, conſurge vera remiſionem iniuria, & abole ri ius diuortij, & accufacionis, in vtroq; foro, niſi contrarius animus adiſit. Quia li- cēt expreſſe, & diſtinctē non cognoscat coniux remiſens, ijs actibus gemitis amitti ius diuortij, neq; ſit diuortij, & qua- liiter poſſit ratione adulterij celebrari: at nullum quantumuis ruficium latet eofeſ-

23

t, tanto innocentis detimento compen-  
sari. Quia ratione lib. i. disp. io. n. 21. deci-  
piens ficta matrimonij promissione virgi-  
nē lōgē inferioris cōditionis, que iure op-  
timo veram existimauit esse promissiōnē,  
non teneri cādūcere, sed aīo modo quā  
le restituere probauit: ibiq; satis feci obie-  
ctionē, que opponi posset. Hinc infero pri-  
mo, hunc innocentē potētē debito a con-  
iuge adulterio, animo non cōdonandi, spon-  
faliūm culpe reum esse. Quia nullus  
momētū est detrimentū illā fictione illatū.  
Adulterio enim cānde liberatē non redde-  
di in posterū retinet, nisi innocēs adulte-  
riū cōdonet. Secundūm infero, huc inno-  
centē rogatiū à iudice de copula illā, ut co-  
gatur nō diuertere ratione prioris adulte-  
riū, quā illud ī cōdonarū sit: posse in-  
reuarando negare copulā. Quia verē respo-  
det iuxta mentē debito iudicis. Non enim  
habuit copulam, quā sit cōdonatio, iureq;  
diuortiū p̄iūct. Quod cōstat ex dīctis, & al-  
legatis n. 3. Ultimū infero, An possit con-  
iux innocēs eligere petere, & nō reddere.  
Quia in re allegati, nu. 20. do. arnā. D. Bo-  
nau. & Sot. id negantur, sententiaq; cō-  
fo q̄ p̄petit, teneri cū reddere. Quod qui-  
dā admittit, quādo non haberit animū nō  
cōdonandū tūc enim estet veia adulteriū  
cōdonatio, & deinceps maneret astrictus  
ad reddendū: securi existenti oī animo nō  
cōdonandi. Vt constat ex proximē dīctis.  
Quārē nō potest eliger petere, & nō red-  
dere, abīq; peccato, veniali quidē, vt pro-  
ximē dīxi: At si eligat noīles cōdonare a-  
dulteriū, tenebit factū: nec deinceps te-  
nebit reddere.

Tan dīcendū supereft, quid ī spō-  
faliūbus sententia sit. An cū p̄st illā inita de-  
tegitur aliquād vītū, vel de nouo incurri-  
tur, quale cūq; illud sit, siue corporis, siue  
anima, ob quod integrū si alteri ca diffol-  
ueret: cēfatur hic remittere, ac proinde si  
de priorū spōfaliū staret obligetur, si vītū  
illius cōficiū, copulā, amplexus, vel oīseua  
la habeat, aliavē signa amicitia spōfaliū pro-  
pria ostēdat? Quia in re se dicendū existi-  
mo. Si memor spōfaliū priorū, nec animo  
facto, p̄imirū, nō cōdonandi, hac habeat,  
erit cōdonatio in vīroq; foro. Vt constat  
ex dīctis tota hac disputacione, & maximē  
n. 18. 19. Eadē enim est ratio: imo nulla  
injuria & qui parari potest adulterio, quā  
his actib; cēfator remissa: imo sicut ad cō-  
donationē adulteriū per hūiūmodi actūs,  
nō desideratur animus positiūs cōdonā-

di, sed fatis est nō adesse animū contrariū:  
iuxta dicta, n. 21. sine ita fortiori id sus-  
cipit ad remissionē cāulā illius dissoluendi  
spōfalia. Quā intelligo, quando hi actus  
accidunt nondū dissoluti spōfaliūbus, &  
remittens nō ī memor eī illius vītū, tē-  
pore illorū actū: si enim oblitus sit, repu-  
tabitur agnōrāns (vt etiā circa adulteriū  
dixi, n. 9.) Vnde si jam spōfalia dissoluta  
essent, non erunt remissio hūiūmodi actūs. In quo est differentia ā remissionē adulteriū, quā sit per hos actus p̄st diuortiū  
etiam contingentes (vt. m. 7. probauimus.) Ratio autē hūiū discriminis ea est.  
Quia celebrato diuortio adhuc manet vīn-  
culum matrimonij, ac sunt illi vīti coniuges, quāre hi actus sunt signa amicitia cō-  
fugalū, & animi instaurandi, ac ad prīslīū  
renocandi vīm illius vīnclū, & recedendi  
ad diuortio. Spōfaliūbus vērō iam dissoluti,  
nullum vinculum supereft, nilque cēp;  
quād remissa injuria restauretur. Quām  
obrem perinde est, ac si hi actus inter om-  
niō extraneos, ac disiunctos haberentur.  
Nec ad hanc remissionē nondū dissoluti  
spōfaliūbus fācā, desiderātur accepta-  
tio, sed fatis est sola mente fiat (vt in adul-  
teriū remissionē, dīximus, n. 2.) Quia eade  
est ratio, manet enim adhuc spōfaliū vīn-  
culum, sed eius vinculi obligatio impedi-  
ta est, si innocēs veliti iure suo vītū, quāre  
eo qualitercumq; cēderet, cū auferatur īm-  
pedimentum, reūiūscit obligatio. Siaue  
alter spōfalus nōl acceptare hanc remis-  
sionem, oportebit vt hāc voluntas nō ac-  
ceperandi innotescat remitteri, & ab ipso  
acceptetur. Cū enim iam spōfalia sint  
omnīō integra, ac restaurata per priore  
illam remissionē etiam internā, vt dis-  
solvantur, mutuo consensu indigēt, sicut  
ad sui prīmenam institutionem. His adde  
que dīxi lib. i. tota disp. 6. vbi hāne que-  
stionē discussi, ac doctores retuli. Et quā-  
uisib; nu. 3 censuerim induci remissio-  
nem tam quād diuortiū, quād quād  
spōfalia, per dictos actūs exercitos animo  
facto: id est, non verē remittendi. Atre  
melius perspecta existimō non esse cō-  
donationē injuria. Ducor ex ijs quē hac  
disp. num. 21. artūli. An vērō ob fictionis  
injustitiam obligetur is stare spōfaliūbus  
prioribus: perpendendum est iuxta, n. 22.  
dicta. A Estimandū enim est damnū de-  
ceptoris, si spōfaliūbus stans, matrimonia  
perficiat, ac alterius, si deficiat: & feruata  
ēqualitate, aut ferē, tenet stare promissis.

Quād

Quād si notabiliter maius sit damnū de-  
cipiens, satis erit si non feruata fide spō-  
faliū, alio modo latifaciat. Nec in hac  
habenda est ratio īēqualitatē damni cō-  
tingentis ante priora spōfalia inita, &  
tunc cognite. Illi enim per spōfalia prio-  
ra, scienter, & non sīcē contra renun-  
ciatum est: sed solius disparitatis ex illo  
vitio post spōfalia incidenti, aut p̄ae-  
cedenti, incognito tamen, confusgen-  
tis. Quia huic disparitati, nec per prio-

ra spōfalia, nec per hos condonationis  
actūs, est renunciatum: quippe qui ani-  
mo non cōdonandi exerciti sunt. Ne-  
mum quoties spōfalus non tenet ratio-  
ne animi sīcē spōfalia perficiere, potest  
rogatus à iudice, vel ipsa, vel aīus con-  
donationis negare. Iuxta dicta, n. p̄aece-  
di, ad finem.

Ad argumenta, num. 20. proposita con-  
stat ex dīctis, numer. 22. & 23.  
ad finem.

## DISPUTATIO. DECIMA QVINTA.

Vtrū ratione adulterij spiritualis, quod est hæresis, vel apostasia  
ā fide, in quod alter coniux dilabitur, liceat Catholico diuortiū,  
ac viriū transitus in alium statū: vt ad professionem: &  
viro ad ordines?

## SUMMARIUM.

**O** Balias causas, quād adulterium, lictū  
est diuortiū. Et improbatū hereti-  
ci contrarium dicentes, n. 1.

Quid distet, adulterium quād diuortiū ce-  
lebrandum, ab alijs diuortiū causis. Et ex-  
pliicatur testimoniū Christi Matth. 5. 16.  
l. 2. de coniug. lepros dicentes ob ſalā  
fornicationē licere diuortiū. Et ea ſola  
est propria ratio diuortiū, n. 2.

Qualiter ob adulterium spiritualē detur di-  
uortiū nec matrimonij vinculum dissolu-  
tur, n. 3.

An licet tunc diuortiū quād habitationē,  
& copulā? nu. 4.

An coniux Catholicus teneatur ab heretico di-  
uerteſi, nu. 5.

An possit id propria autoritate efficeri, ita  
ut hereticus denegetur restitutiōnē, n. 6.

An Pontifex facilius posset, vt matrimonium  
diximur per alterius coniugis lapsū in  
hereticū, n. 7.

An sic ratio hūiū diuortiū, quād fornicatio-  
nis claudatur sub nomine fornicatio-  
nis, ob quam Christus Matth. 5. concepit di-  
uortiū? Referunt sententia afferens. Et ge-  
neraliter dīctū, est generaliter intelligē-  
dū, n. 8.

Improbata ea sententia, traditur ratio, cur an-  
te, & post sententiam, liceat hoc diuortiū.  
Et qualiter possit Ecclesia nouam diuortiū  
causam statuere? nu. 9.

An diuortiū hoc sit ex iure diuinō? n. 10.

Non licet hoc diuortiū ob vnum adulterium  
spirituale. Et magis opponunt matrimonio  
adulterium carnale, quād spirituale. n. 11.

An detur diuortiū ob pertinaciā in alia exco  
municatiōnē, n. 12.

An coniux hereticus ante sententiam respic-  
tit, teneat enim catholicus admittērē, nu-  
mer. 13.

An ante sententiam posset Catholicus profi-  
xi, ordines ſuſcipere: ita ut ab heretico re-  
ſipientis nequeat repeti, nu. 14.

An laeta sententia posset Catholicus liberdū  
dixeret, ac in ſeculo maneret, religionem ve-  
ingredi. Referuntur, c. fin. de coniug. con-  
ing. &c. de illa, de diuortiū, que ſecum pugna-  
re videntur, n. 15.

Referunt triple sententia, n. 1. 17. 18.

Proponunt sententia Authoris. Atq; explican-  
tur, & conciliantur, c. fin. de cōuerſ. cōiug.  
c. de illa, & c. quanto de diuortiū, n. 19.

An ad hoc diuortiū desideretur ſpecialis il-  
lius ſententia, vltra illam, quā hereticus  
damnatur hereticus, nu. 20.

An laeta ſententia, posset Catholicus ad or-  
dines promoueri? nu. 21.

An ad id, vel ad professionem, exigitur hereti-  
cum quoq; proficeri, n. 22.

Vtrū hereticus ante ſententiam respic-  
tit, liceat diuortiū post ſententiam, n. 23.

An hereticus damnatus posset abſi, Catholicī  
licentia tranſire ad ordines, vel religio-  
ne repeti, ſi tranſiſſe, nu. 24.

An vīroq; hereticis dānato: vel ſi Catholicus fit